

hisce corporibus singularem successorem instituto, donec dotale creditum scutorum 725. inde consequeretur, sine præjudicio tamen fructuum quatenus illi probarentur legitime debiti; cum verò ad horum restitutionem corporum iidem Conjuges per sententiam fuissent condemnati, post justificatam ex adverso per exhibitionem calculi prædictæ sortis solutionem, & pro fructibus dotalibus postmodum egissent coram me, ad eorum instantiam dubium proposui; An illi pro quo tempore, & pro qua summa debeantur; & eos absolute indebitos esse Domini responderunt: Quia contra primi viri hæredes interpellatio judicialis nunquam fuit executam quam fore necessariam, ut illi dicantur in mora constituti, & ac inde mulieri teneantur ad fructus dotis non restituta, expressè disponit statutum Urbis, lib. 1. cap. 137. & advertunt Moderni Brisgallen. ad idem stat. nu. 29. Lucas Petrus in praxi fori Capitulini lib. 4. cap. 8. n. 5. circa finem, & pluries resolvit Rota in una Romana fructuum dotis 19. Januarii 1600. in §. Et ad illud, quod Vidua coram Litta, & in Romana fructuum dotis 15. Novembris 1596. in §. nec ad rem facit, & 19. Januarii 1598. §. quia pluribus modis coram Orano, & in Romana fructuum 19. Januarii 1600. in §. circa primum coram Jusso, & in Rom. fructuum dotis 17. Febr. 1606. in §. Præterea, coram Penia, & in Rom. fructuum dotis 12. Maii 1625. in §. non obstat quod fructus coram bon. mem. Coccino, impressæ post Fenzon. ad Urbis statutum, & novissime in Romana dotis 17. Februarii 1646. coram R. P. D. meo Ortoholono.

2 Neque interpellationis prædictæ necessitas excluditur in proposito casu, quo actio directa non fuerat contra præfatos Viri hæredes, sed solum contra Angelitam, & Bonosios causam trahentes à Stephanuccio pro dotis restitutione coobligato cum tali casu necessaria non reputetur interpellatio hæredum viri, ut videtur sensisse Rota in adducta Romana fructuum dotis 15. Novembris 1596. coram Orano, & in Romana fructuum dotis 19. Januarii 1600. coram Jusso, sed suffragetur Monitorium personaliter executum contra causam habentes à Stephanuccio ad hoc, ut illi teneantur ad fructus ex re hypothecata pro dote, juxta notat. in l. Lucius ff. qui potior. in pignor. habeant. posset enim admitti conclusio contra Patrem dotis promissorem & ejusque hæredes adstrictos ad alimenta filie præstanda, quorum loco fructus, absque alia interpellatione eidem tenentur persolvere, ut notant Doctores in l. alimenta ff. de neg. gest. Surd. de aliment. quæst. 26. num. 1. & quæst. 105. num. 2. & in his terminis procedit in contrarium adducta decis. Romana fructuum dotis 19. Januarii 1600. coram Jusso, vel contra extraneum, qui pariter dotem promiserat pro die certa, contra quem nulla alia videbatur necessaria interpellatio hominis, dum dies tunc interpellationis loco deserviebat, juxt. text. in l. pecunie §. usurarum ff. de usur. & fruct. & in l. magnam, Cod. de contrahen. stipul. ubi gloss. in verbo admonuit & in l. secunda in verbo cautum, Cod. de jur. emphyt. & aliis relatis juribus tradit Molin. de contr. tractat. 2. disputat. 299. num. 3. & in his terminis procedit in contrarium allegata decis. Romana fructuum dotis 15. Novembris 1596. coram Orano. Quamvis dubitari posset, an in terminis statuti Urbis solus diei lapsus vim interpellationis obtineat, dum ex ipsius dispositione judicialis interpellatio requiritur pro forma præcisè adim-

plenda, ut ponderavit Rota in Romana fructuum dotis, 27. Februarii 1606. coram Penia, & in Bononien. de Lambertinis 19. Aprilis 1619. coram Manzanedo, & in Romana Crediti dotalis 16. Martii 1646. coram me, & notant Add. ad decis. Gregor. 269. num. 7. Non tamen militat contra Extraneum ad restitutionem pro certa die non adstrictum, nec contra tertios in bonis ejusdem extranei successores, qui nec dotis debitores existant, nec possent pro illius restitutione, actione personali conveniri, hoc enim casu interpellatione & hæredum primi Viri, qui tenebatur dotem restituere necessariam fore, ut dotales fructus mulieri debeantur, respondit Rota decis. 182. num. 2. part. 4. tom. 2. recent. & in Firmana, seu Maceraten. dotis 23. Januarii 1621. coram bonæ memoriæ Pirovano, cujus ea videtur esse ratio potissima, quòd hi dum non tenentur ad debitum dotis, nec moram idcirco videntur contraxisse, ex qua, soluto matrimonio, dotales fructus solum exigi possent, ut notant Doctores, in l. si ex legati causa ff. de verbor. obligat. ubi Jas. num. 12. Bart. numer. 9. & in l. quod te §. Venio ad secundam partem num. 13. ff. de reb. credit. & in l. non solum §. morte num. 47. ff. de oper. nov. nunc. Surd. cons. 22. num. 12. & 13. & decis. 40. num. 9. & 11. Rot. decis. 535. num. 8. part. 1. recent.

Hinc suffragari non poterit Monitorium contra Angelitam Stephanucci successorem executum, dum hæredibus Mariti debitoris non fuit intimatum, præsertim ad effectum constituendi in mora & Bonosios singulares Angelitæ successores, qui ex capite ignorantie possunt se à moræ incurfu exculare, postquam dicti hæredes non fuerunt legitime interpellati ex notatis in lege nullo 89. ff. de regul. jur. & in leg. si ex legati causa ff. de verbor. obligat. & respondit Rota in Romana dotis 18. Februarii 1647. coram Reverendissimo Patre Domino meo Ortoholono, & in Romana Salviani, quarto Decembris 1643. coram me.

Non obstat quòd Fernus ad dotis restitutionem adstrictus decoctus decesserit, & ut comprobatur ex fide producta, cujus idcirco hæredes interpellandi non forent, juxta notat. per Cyriac. contrav. 327. Non enim justificatur concludenter prædicta decoctio, quam plenè probandam esse, dum prout hoc casu de tertii & præjudicio tractatur notat Jason. consil. 9. num. 22. vers. requiritur in primis lib. 1. Pirrus Maurus de fidejussoribus, 1. parte precludii, sect. 3. cap. 7. n. 5. Rota in Romana Censur. 20. Junii 1633. coram bonæ memoriæ Coccino, five ex sententia Judicis, prout alias requisivit Rota in Camerinen. bonorum 16. Junii 1633. coram bo. mem. Motmanno, five ex fori bonorumque cessione, ac Creditorum deceptione, juxta text. in §. solvitur vers. sic. item si quis ex sociis Instit. de Societate, & notat ibi Aretin. num. 3. ac aliis relatis auctoritatibus tradit Stracc. de decoct. 2. parte nu. 1. & 4. sed solum per simplicem fidem, quæ fidem non meretur, & admodum suspecta convincitur, dum Fernus nulla bona in hæreditate reliquisset ibidem asseritur, & tamen constat Domitillam uxorem quandam apothecam ejusdem hæreditariam occupasse.

Neque interpellationis loco deservire poterit, hujus apothecæ possessio 20. annorum spatio continuata, per Domitillam, quæ per idem tempus pensiones exegit, cum inde arguatur præsumptio & subsecutæ interpellationis, ut respon-

dit

dit Rota in Bonon. dotis 9. Decemb. 1619. & 22. Martii 1621. coram Remboldo, & in dec. 527. n. 3. part. 5. tom. 2. recent.

Nec enim præsumptio militaret, si fructus ab ipsismet hæredibus viri, seu ab ipso dotis debitore Mulieri fuissent persoluti, in quibus terminis loquuntur decisiones supra relatæ, secus verò dum Domitilla fructus exegit non ab ipso debitore hæredibus, & sed ipsis insciis, & propria solum auctoritate, tali enim casu cessat agnitio bonæ fidei ad effectum prædictum omnino necessaria, & in supra relatis decis. supposita, ut ponderavit Rota in Romana fructuum 12. Junii 1606. coram Penia, & adducta decis. Bononien. dotis 9. Decembris 1619. coram Remboldo, & advertunt Add. ad decis. Greg. 269. prædict. n. 8. in fin.

Ex eodem interpellationis defectu indebitos quoque fructus dotales censuerunt, post transitum Domitillæ ad secunda vota, decursos ex pigore in vim Salviani à tertius possessoribus retracto, ac Joanni secundo viro in dotem consignato; licet enim ille & propter onera matrimonii non teneatur fructus exactos, ex eodem pigore in sortem computare, ut notat Ruin. in cons. 53. n. 28. lib. 2. quem refert & sequitur Rota in Maceraten. inter-usuriorum 10. Martii 1606. coram Manzanedo impressa part. 2. recent. decis. 168. num. 2.

Procedit tamen adducta conclusio, quoties à promissore dotis in pecunia fuerunt pignora consignata, & in his terminis loquitur Ruin. & procedit decisio ejusdem Ruin. auctoritati innixa, non tamen in casu proposito, quo mulier pignus hypothecatam, pro dote, à tertius possessoribus, ad ejus solutionem non adstrictis ex remedio Salviani retraxit & secundo viro assignavit, & tunc enim maritus fructus tenetur imputare in sortem, prout ipsa mulier, cessante morâ, tenebatur compensare, quæ proinde tradendo pignus sui Creditoris redde-re non potuit ejus conditionem deteriorem, mariti verò meliorem constituere, ut distinxit Gabr. in cons. 151. n. 7. lib. 1. Adeoque quamvis onera matrimonii sustinuerit cessante interpellatione hæredum primi viri fructus dotales consequi non potuit, ut respondit Rota in Spoletana fructuum dotis 18. Martii 1633. coram Eminent. D. Card. Panziolo inter impressas part. 5. recent. dec. 527. & in Romana Salviani 4. Decembris 1643. coram me in §. Demum quoad fructus.

Et ita utraque parte decisum, &c.

DECISIO XL.

R. P. D. MELTIO.

Maceraten. Redditionis rationis.

Veneris 5. Junii 1648.

SUMMARIUM.

- 1 Fructus in stabilibus regulantur ad rationem quintæ pro centenario.
- 2 Fructuum liquidatio ab arbitrio Judicis pendet, & num. 3.
- 3 Successor impugnavit non potest approbata per auctorem ejus.
- 4 Diviso non tollit electionem creditori.
- 5 Tutor excusatur, si non exegerit, quando non resultat damnnum pupillo. Excusatur si non cumulat redditus pupilli, dum non sufficiunt pro oneribus ejus patrimonii, nu. 7. Ut condemne-

tur, dolus, vel culpa requiritur, n. 13. Expensas nuptiarum facere potest, nu. 14.

8 Alimenta taxare pupillis Judicis arbitrio remittitur.

9 Creditores divisas non tenentur recipere solutiones.

10 Alienatio per sententiam, & ab interessatis approbata, tutori non imputatur.

11 Heres Patris debitoris dotis maternæ tenetur ad debita matris.

12 Subreptio non inducitur ex erronea narrativa, ex qua Papa difficiliter gratiam concessisset.

15 Impensa facta per tutorem, de mandato testatoris eidem est bonificanda.

16 Solutiones duas facere pro eodem credito, incon-

veniens est.

Sequendo ordinem decisionum, quæ emanarunt in hac causa, repetam creditum illorum de Ferris fuisse calculatum sub 20. Februarii 1647. ad scuta 5160. b. 70. cui decisioni cum neutra pars acquiesceret, fuit sub hac die proposita causa in qua per Dominos fuit resolutum standum esse in decisio, excepta partita scut. 2850. appositâ ad favorem illorum de Amicis, ut apparet ex eadem decisione sub §. prima enim partita &c. quæ venit apponenda ad creditum illorum de Ferris, & correctis erroribus calculi.

Prima enim partita respectu fructuum prædii Collis taxatorum in summa scut. 55. singulis annis ab anno 1579. quo fuit illud alienatum satis justificatur ex taxatione legali, & quæ solet fieri ad rationem 5. pro centenario in fructibus prædiorum rusticorum, & in proposito casu constat dictum prædium fuisse alienatum pretio scut. 1100. & sic applicatur dispositio gloss. communiter receptæ in authen. præterea in fin. verb. justam, C. de sacros. Eccles. Corn. cons. 265. n. 1. lib. 1. Neviz. consil. 74. nu. 5. Rota in Romana usufructus 16. Novembris 1612. & 26. Aprilis 1613. coram Ubaldo. Et licet nonnulla opponantur pro parte illorum de Ferris circa quantitatem fructuum; illa tamen eliduntur ex adductis pro Amicis; ex quibus magis adaptatur d. authen. dispositio, ac verisimilitudo; & ideo liquidatio hujusmodi certior, ac tutior DD. visa fuit, maxime quia ab eorum etiam arbitrio & valde dependere solet, ut aliis relatis probat

Natt. consil. 510. nu. 6. vers. invenio etiam. Card. Seraph. decis. 955. n. 3. vers. quia in hac materia, & seqq. & dec. 1132. n. 1. vers. cum in hac materia, & decis. 1245. n. 6. vers. quantum ad fructus. Surd. dec. 283. n. 27. Buratt. dec. 921. n. 5. vers. cum pro liquidatione. Duran. dec. 307. n. 3. vers. & materia liquidationis cum seq. ac in recent. dec. 727. per tot. part. 3. & decis. 718. nu. 6. vers. cum in hac materia, & seqq. part. 4. tom. 3. & decis. 522. n. 4. vers. cum tanquam, & seq. part. 5. Eoque magis prædicta liquidatio & attendi debet, quia pretium frumenti ex dicto prædio recollecti, fuit juxta taxam Civitatis Maceratæ, Cepol. Veronen. de simulat. contract. præsumpt. 2. num. 28. Cagnol. in l. 2. nu. 25. & 269. Cod. de rescind. vend. Covarr. var. resol. cap. 9. n. 6. in fin. Valasc. cons. 43. n. 14. tom. 1. Surd. consil. 293. nu. 21. & decis. 2. ac decis. 282. n. 26. & in recent. decis. 343. n. 3. part. 1. Mediolanen. liquidationis fructuum, & taxationis expensarum 28. Decembris 1600. coram Lancello, & in Bononien. de Pannolinis 28. Aprilis 1614. coram Manzanedo.

Secunda partita dictæ decisionis continet pretium prædii della Cimarella, ac illius fructus, & justa pariter remanet justificata. Nam ad pretium

tium non potest Tutor condemnari, cum venditio facta fuerit ex iusta causa; nempe pro solutione magni æris alieni, quo premebatur pupillus, sub gravibus usuris, & cum solemnitatibus, nempe dispensatione Apostolica ad instantiam, & preces non solum Tutoris, sed Ludovici Patris, & auctoris illorum de Ferris, atque aliorum interesse habentium, obtenta; à quibus deinde fuit ratificata de anno 1604. die 18. Decembris, & prævia sententia executoris, super ejus justificatione, & licentia dictæ venditionis specialiter prolata: Unde non possunt hodie isti de Ferris impugnare quod eorum auctores voluerunt, & approbaverunt. *l. frater, §. qui duos, ff. de adopt. l. cum quadam. C. de administr. Tutor. l. fin. in princ. ff. de inoff. testam. gloss. in cap. si quis iusto, §. porro, vers. nihil agat de elect. in 6. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 5. n. 51. & 53. Franch. dec. 69. nu. 1. Rot. post Cenc. de cens. decis. 277. nu. 11. vers. non obstat, & in recent. decis. 78. nu. 4. vers. & ideo, & nu. 5. vers. & ex una part. 1. Ideoque nihil potest imputari Tutori qui dictum contractum legitime celebravit, & pretii inde redacti partem in solutionem debitorum, residuum autem in emptionem censuum juxta formam ejusdem Brevis, & sententiæ erogavit, ut apparet ex publicis Instrumentis exhibitis, ut demonstratum fuit in decisione, quæ revidetur in prædictum Cimarella.*

Non obstat quod ex eo pretio soluta fuerint etiam debita spectantia ad præfatum patruum pupilli: Quia cum pro illorum solutione, obligatus esset in solidum ipse Marcellus, & Joannes ipsius Pater non potuit evitari eorum solutio, sub prætextu eorum divisionis inter debitores, sive hæredes eorum respectivè factæ, quæ non potuit electioni alterutrius creditoribus competentibus præjudicare. *l. Moschis, ff. de jure fisco. l. 2. & l. exprimere. C. de duob. reis. Didac. var. resol. lib. 2. cap. 7. n. 7. Surd. decis. 44. n. 6. & in recent. decis. 373. n. 30. vers. Zamettus vero, part. 4. & 431. num. 8. part. 5. tom. 2. Nec culpæ Marci Antonii de Amicis tutoris potest imputari, quod adversus Marcellum pro indemnitate pupilli non egerit, quia cum ille fuerit à creditoribus molestatus jam defuncto patruo non solvendo inanis erat actio, & quæ tamen in iudicium deducta, atque relata fuit in sententia emanata in iudicio concursus cum cæteris creditoribus, anno 1594. die 19. Decembris, ut ex ea patet, text. in *l. 2. ubi gloss. penult. & final. C. arbitr. tutel. Rot. dec. 360. num. 16. part. 4. tom. 2. recent. Duran. decis. 241. n. 13. vers. in omnem casum.**

Minus obstat quod Tutor tenetur cumulare redditus pupilli super extantes singulis annis, atque ex eis debita solvere, talique pacto bonorum immobilium alienationem evitare. Quoniam asserta superfluitas, & abundantia reddituum per illos de Ferris non justificatur ad hunc effectum sufficienter, & licet dicti fructus ascenderent ad scuta 727. tamen deductis interusuriis, quæ ratione æris alieni assignati pupillo in divisione cum patruo facta, quæ vel ex persona patris, vel etiam propria ex causa census venditi Antonio Iusto solvere tenebatur, necnon dotis Clericæ matris scut. 1200. quæ solvenda erant ejus secundo viro, Card. Seraph. decis. 906. nu. 2. & seq. & decis. 1413. n. 2. & in recent. decis. 168. num. 2. vers. debentur secundo viro, part. 2. ad rationem scut. 7. pro centenariis juxta styllum illarum partium, aliaque scuta 4000. auri in auro, occasione dotis subinde constitutæ Barbaræ so-

rori pupilli, quæ pariter solvenda erant, proinde soluta fuisse probantur ex Instrumento quietantiæ factæ illis de Compagnonis emptoribus dicti prædii per Joann. Baptistam Cassinum ejus maritum, die 1. Julii 1598. inter ista connumerantur etiam alimenta, & salaria respectivè pro servitio Francisci pupilli ad rationem scut. 60. Barbaræ sororis usque quo nupsit scut. 50. famulæ scut. 30. Pædagogum scut. 40. & factori scut. 45. juxta declarationes factas in decisione quæ revidetur, quæ fuerunt hodie per Dominos confirmatæ à quorum arbitrio per hujusmodi taxatio dependet, considerata qualitate patrimonii, & honestate personarum, juxta text. in *l. cum plures, §. cum tutor, & l. seq. in princip. ff. de administr. & pericul. tutor. l. 2. §. modus, & l. 3. ubi pupill. ad vers. debet. l. 2. C. de aliment. pupill. præstan. Surd. de alim. tit. 3. qu. 7. & tit. 8. privoil. 86. Paul. Montan. de tutor. & curat. cap. 32. n. 221. vers. modus autem, & seq. Joan. Guttier. de tutel. part. 3. cap. 7. n. 20. vers. ego addo, Galganett. in simili tract. lib. 2. tit. 19. ex quibus omnibus clarè constat aliquam non superfluisse quantitatem reddituum, quæ sufficere, vel cumulari posset pro satisfaciendis creditoribus qui non tenebantur dividas recipere solutiones, *l. planè, ff. famil. eriscund. l. tutor. §. Lucius, ff. de usur. l. acceptam. C. eodem. Gabr. conf. 115. n. 19. vers. tum quia particularis solutio lib. 2. Surd. decis. 186. n. 2. vers. at creditor non cogitur.* Quæ omnia eo magis Dominis visa fuerunt admittenda dum causa alienationis dicti prædii non solum fuit declarata iusta & approbata per sententiam executoris Apostolici, verum etiam per Ludovicum auctorem eorumdem de Ferris, & alios vocatos ad successionem ejusdem prædii vigore fideicommissi per ordinati à dicto Joanne, ut legitur in Instrumento celebrato sub die 18. Decembris 1604. nec credendum est, quod ullo pacto ad proprium eorum damnum, & præjudicium illa permisissent, si vera, & justificata undique non extitisset, vel si Tutori quidquam imputari potuisset, ad reg. *l. cum de indebito, ff. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 18. num. 13. vers. idem est. Buratt. decis. 85. num. 3. vers. & cum illa.**

Nec relevat præsentia obreptio Brevis Apostolici confirmantis alienationem ejusdem prædii.

Quia ex Instrumentis per illos de Amicis exhibitis, & ex ipso processu, eorum Vicario Reverendiss. Episcopi Maceraten. non solum omnia exacta serie narrata Summo Pontifici justificantur, verum etiam formam in eadem decisione præscriptam fuisse servatam apparet. Et licet in supplicatione tunc porrecta fuerit expositum Franciscum pupillum fuisse Clericæ matris hæredem, qualis deinde post 40. circiter annos visus fuit Rotæ legitime non probari coram bo. me. Merlino, hoc tamen non officit, tum quia verè fuerat institutus hæres universalis, ut apparet ex Testamento condito de anno 1591. 22. Julii exhibitio, & aliis eo tempore reputabatur etiam ab eodem Ludovico auctore eorumdem de Ferris, de cujus ordine fuit facta dicta supplicatio, & deinde approbata; tum quia hujusmodi expositio fuit facta ad effectum ibidem expressum, scilicet comprobandi ipsum fuisse obligatum solvere æs alienum, etiam à matre contractum ex dote ejusdem à bonis paternis detrahenda, ut legitur ibi, *Dictaque Clerica instituit hæredem præfatum Franciscum, quæ etiam dum vixit nonnulla debita contraxit, ac nonnulla legata reliquit ab ipso Francisco persolvenda, quæ ad præsens necesse est solvere.*

Ad materiam de Alim. Decis. XL.

solvere, cum dictus Franciscus sit ejus hæres, eaque solvenda veniant ex dote ipsius Clericæ, quæ venit pariter detrahenda ex bonis prædicti Joannis. Ideo cum idem resulter effectus, licet ille non esset matris hæres; quia nihilominus tenebatur tantæ dotis obnoxius erat solutioni æris alieni, & legatorum maternarum usque ad concurrentem ejusdem dotis quantitatem, *l. 2. C. quando fisco. vel privat. Surd. consil. 4. nu. 21. vers. & talia nomina debitorum, ac seq. & dec. 140. num. 2. vers. cum in generali obligatione. Buratt. dec. 687. n. 5. vers. quorum appellationem, unde data etiam tali erronea* **11** *narrativa non potuisset Summus Pontifex reddi difficilior in concedendo gratiam, super hujusmodi alienatione, cap. super luteris, vers. inter alios, ibique gloss. & Felin. nu. 8. & alii DD. de rescript. Rot. decis. 418. num. 1. vers. in tantum part. 1. & decis. 5. n. 4. vers. quibus accedit part. 2. recent. Camerinen. pensionis 26 Junii 1641. coram Eminentijs. D. Cardin. Panzirolo, & in Cesar. augustana beneficii de Linares 27. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio.*

Quoad tertiam partem fructuum ejusdem prædii qui fuerunt liquidati ad rationem quinque pro centenariis juxta præsumptionem legalem, concurrunt etiam pro illius justificatione partitæ descriptæ pro nonnullis annis, in quibusdam libris ipsius tutoris, necnon Testium depositiones idem corroborantes, & ideo Domini transiverunt pariter circa eam, cum fundamentis dictæ decisionis.

Dos verò Barbaræ sororis pupilli constituta in summa scut. 4000. auri in auro ascenden. ad scut. 4800. monetæ pariter visa fuit apponenda ad creditum ejusdem Tutoris, ut firmatur in eadem decisione, quæ revidetur *§. secundo loco*, non obstante, quod Joannes illius pater ob eam causam filiam legaverit scut. 3000. Nam addidit, & plus, & minus, arbitrio Clericæ uxoris, & Marcelli fratris, à quibus deinde fuit declarata in illa quantitate, attendita qualitate viri quem dote hujusmodi fuisse dignum testes deponunt, ita quod nec respectu augmenti hujus dotis imputari

13 possit aliqua culpa, & minusque doli Tutori, prout necesse foret ad effectum condemnandi matrem sive Tutorem ex hac causa, *l. cum post §. præterea, & §. sed is, ff. de administr. Tutor. & confert gloss. in l. 2. in verb. pupillo, vers. vel tertio, ubique Bart. sub n. 2. & Castren. sub nu. 7. vers. vel tertio. C. de his quibus ut indign. Bald. novell. de dot. part. 6. privileg. 45. n. 2. vers. & hoc nisi. Barbos. in l. 1. part. 4. n. 140. in fin. vers. si vero sciant, ff. solut. matrimon. & alii relati in eadem decisione dicto §. secundo loco. Rot. dec. 511. n. 7. part. 2. recent. & firmatur in eadem decisione quæ revidetur *§. secundo loco*, maxime cum postea talis dos fuerit etiam approbata à præfato Ludovico, & aliis in dicta supplicatione, de eorum ordine Summo Pontifici porrecta.*

Expensæ pariter factæ occasione nuptiarum in summa scutor. 300. ad creditum quoque ejusdem Tutoris sunt apponendæ, & ut firmatur in eadem decisione, *§. fuerat*; quia sunt de appendiciis dotis, & consuetæ præstari inter Nobiles, prout etiam testes deponunt, dicta *l. cum plures, §. cum Tutor, ibique gloss. in verb. solemnia, & in verb. pro declaratione, ff. de administr. & pericul. Tutor. Alexand. consil. 36. viso themate sub nu. 6. vers. & ita concludo, lib. 6. Gabriel. conf. 111. nu. 3. vers. exploratum etiam est, ac seq. lib. 2. Theaur. dec. 192. n. 8. vers. neque solum, & seqq. & decis. 195. n. 5.*

vers. ea autem Rot. decis. 556. part. 1. divers. & dec. 30. num. 27. vers. ex eadem prorsus ratione part. 7. recent.

Alia impensa scutorum 300. in constructione Capellæ facta videtur satis justificari ex Testamento præfati Joannis, in quo apparet expressè ordinata ex partitis per Tutorem descriptis, & ex Instrumento actualis solutionis scutorum 300. in eam causam factæ, concurrente operis perfectione, juxta decis. Afflic. 13. numer. 23. vers. est enim considerandum & seqq. Menoch. præsumpt. 135. num. 2. vers. receditur tamen, ac sequen. & num. 19. vers. octava conjectura lib. 3.

Ad creditum illorum de Amicis sub dicta die 20. Februar. 1647. *§. prima enim partita &c.* fuerunt appositæ scuta 2850. remanentia ex pretio ejusdem prædii Cimarella, quæ fuerunt investita in tot censibus, qui hodie possidentur ab eisdem de Ferris pro cautela emptorum ejusdem prædii Cimarella, ordinarunt autem hodie Domini hujusmodi scuta 2850. esse apponenda ad favorem eorumdem de Ferris, eâ ratione, quia in eorumdem debitum, ut apparet ex decisionibus præteritis calculatum fuit totum, & integrum pretium prædii della Cimarella, consistens in scutis 14341. Unde cum dicta scuta 2850. sint pars pretii ejusdem prædii della Cimarella, perneccesse ad favorem eorumdem de Ferris apponi debent, alias sequeretur quod eisdem de Amicis, pro secunda vice solveretur hæc summa scut. 2850. quod esset inconveniens, ad text. in cap. bona fides de reg. jur. in 6. *l. bona fides, ff. eod. tit. l. stichum, §. dolo, ff. de solution. Surd. consil. 150. n. 100. & consil. 413. num. 11.*

Sunt etiam apponenda ad favorem eorumdem de Ferris scuta 1434. & baioc. 10. quia partita diminutionis pretii monetæ Cimarella constituen. dictam summam 1434. 10. bis calculata fuit ad debitum dictorum de Ferris semel in decisione emanata, sub die 17. Martii 1645. in *§. pretium autem.* Et altera vice in decisione emissa de anno 1647. in *§. necnon.*

Ad creditum eorumdem de Ferris ponenda esse alia scut. 70. Domini censuerunt, propter fructus census, cum Communitate Massacii, nam illi ascendunt ad scuta 700. sed quia dicta scuta erant monetæ Marchiæ in calculo crediti demptus fuit Julius unus, pro quolibet scuto, & constituta summa scut. 630. prout apparet ex dicta decisione anni 1645. in *§. quoad censum, & deinde in partitis debiti iterum calculata fuerunt dicta scuta 70. prout ex eadem decisione §. computatis igitur scutis, unde dicta partita apparet duplicata.*

In aliis scutis 358. constituendi sunt creditores dicti de Ferris occasione erroris calculi facti sub die 22. Januarii 1644. circa taxationem fructuum dicti prædii Cimarella, qui juxta taxam legalem scut. 5. pro centenariis fuerunt calculati ad scuta 12548. ab anno 1579. quo suscepta fuit tutela, usque ad annum 1590. quo prædictum fuit distractum ad rationem scut. 717. quolibet anno, ut apparet ex eadem decisione *§. dictum verò prædictum, & tamen debebant calculari usque ad summam scut. 12906.*

Alia scut. 90. ponenda sunt ad favorem dicti de Ferris occasione alterius erroris calculi circa taxationem fructuum prædii Collis. Nam illi ad rationem scut. 90. pro singulo anno pro annis 65. constituunt summam scutor. 5850. non autem 5760. prout calculati fuerunt in decisione dicti